

No. 979. 1443. 25. Juni.

Ditherich von Milticz Ritter zum Scharffenberge gesessen bekennt für sich, Anna seine ehel. Wirthin und seine Erben, dass er mit Wissen des B. Johann seines Lehns Herrn an das Domcapitel verkauft habe funff schog vnde czwey vnde vierczig groschen schildechtiger groschen an gelde, kaphanen vnde hünre ierlicher czinße in deme dorffe Kottow in der phlegen zcu Bresenicz gelegen — mit allen zugehorungen mit eckern befarem vnde vnbebarem, hoffereyten gebuwet vnde vngebuwet, wesen, holczern, wassern, wasserlouften, erbgerichte, hofedinsten — vor sechs vnde nwenzig schog vier vnde funffzig groschen guter schildechter groschen, ye das schog vor sybenzehm schog zcu rechnen. Derselbe benennt die einzelnen Censiten, quittirt über den Empfang der Kaufsumme, behält jedoch sich und seinen Erben den Wiederkauf vor bei halbjähriger Kündigung. (Vgl. No. 986 ff.) — Gegeben — am dinstage noch Johannis vnsirs hern gotes thouffer.

Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel.

No. 980. 1443. 9. Dec.

Johannes de Grolea Legat des Baseler Concils gestattet dem Wunsche des Kurf. Friedrich entsprechend, dass in der Fürstencapelle vor Anbruch des Tages die Horen wie gewisse Messen und Vigilien trotz der für den Gottesdienst in der Domkirche dadurch möglicherweise erwachsenden Störungen bis nächste Ostern gesungen werden.

Johannes de Grolea sedis apostolicae prothonotarius, sacrosanctae generalis synodi Basiliensis in spiritu sancto legitime congregatae universalem ecclesiam repraesentantis legatus, dilecto nobis in Christo nobili viro Friderico duci Saxoniae, imperii Romani electori et archimareschallo salutem in domino sempiternam. Sincerae devotionis affectus, quem ad nos et universalem geris ecclesiam, promeretur, ut votis tuis favorabiliter annuamus, illis praesertim, per quae sicut pie desideras divinis intentus existas et spiritualis salutis tibi proveniat incrementum. Hinc est, quod nos tuis devotis precibus inclinati, ut ante diluculum tam in ecclesia Misnensi quam capella nova ipsi ecclesiae contigua per progenitorem tuum praeclarum, dum viveret, pro ipsius et successorum suorum sepultura erecta fundata et dotata, in qua horas gloriosissimae et beatae Mariae virginis una cum certis missis et vigiliis defunctorum singulis diebus, temporibus perpetuis in tuae progenitorumque et successorum tuorum remedium animarum solempniter ut asseritur instituisti decantandas, quarum per decantationem ut audivimus officium divinum eiusdem ecclesiae Misnensis nonnunquam perturbari aut saltem incongruis peragi contigit temporibus, necessitate urgente divina teneri et decantari possint et valeant officia usque ad festum resurrectionis dominicae a die dati praesentium proxime futurum devotioni tuae auctoritate nostrae legationis, qua fungimur in hac parte, tenore praesentium de specialis dono gratiae indulgemus. Datum in opido Nurenbergensi Bambergensis diocesis, nostro proprio sub sigillo quo utimur, quinto Idus Decembris anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio.

G. Meckync.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel an blassrother leinener Schnur.